quas inciderunt ratione proces-
suum contra quondam dominum
Ludovicum de Bavaria suosque
fautores per sedem apostolicam
promulgatorum premissa ipsorum
clericorum confessione receptisque
ab eis iuramentis de parendo man-
datis ecclesie et articulis obser-
vandis contentis in commissione
a dicta sede desuper nobis facta[1]
secundum formam ecclesie et com-
missionis predicte absolvimus ipsos,
que sic absolutos denuntiamus pu-
blice in hiis scriptis, cum ipsis
nihilominus super irregularitate
exinde contracta debite dispensan-
do, iniuncta ipsis penitentia salu-
tari, adicientes iuxta formam com-
missionis predicte, quod si contra
huiusmodi per eos iurata fecerint,
cum effectu extunc prout ex
nunc in priores sententias relaban-
tur.

Datum in Ulma ~~a. d.~~ anno Domini ~~M~~ M ccc xl
octavo, feria tertia ante purificati-
onem beate Marie.

+

[1] Supra n. 377